



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis
Eivsdem In tres Tomos distinctis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

14. De Quibusdam Responsionib. ad quosda[m] articulos nomine
Theologorum Pariensium edito.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

CAPVT X.

Quod sacrorum Conciliorum Pontificum ad Doctorem dicta non militant aduersus hoc coniugium.

ET quoniam sacra Concilia, sacri Pontifices, sacri Doctores damnando coniugium inter leuirum & fratram ius diuinum & naturæ citant, manifestum ex auditis fit, quod non militant coram dicta aduersus hoc coniugium, secundum ius diuinum & naturæ apostolicæque authoritate contractum. Damnât siquidem inter leuirum & fratram, coniugium nudum, non coniugium tot conditionibus consonis diuino naturæque iuri fultum, ex hoc ipso, quod iuri diuino ac naturæ innituntur. Clara. n. luce iam patet iuri diuino ac naturæ prohiberi inter leuirum & fratram coniugium in genere seu nudum: consonum autem fore vtrique iuri inter leuirum & fratram coniugium vestitum multis honestatis speciebus, siue propter bonum fratris defuncti, siue propter bonum cõe. Quocirca Iulius nihil aduersus doctrinam sacrorum Conciliorum, Pontificum, aut Doctorum egit, nec est aduersus illos Doctores qui dicunt & verissime, Papam nec in iure diuino nec in iure naturæ posse dispensare, hoc est facere licitum quod diuino, aut naturæ iure constat esse illicitum. Nam (vt patet ex dictis) coniugium inter leuirum, & fratram ob commune bonum pacis, nec diuino nec naturæ iure prohibetur, imò tum diuino, tum naturæ iuri consonat. Sed Papa iure suo ordinario, quod de iure super ius potest vti, diffiniuit & authorauit coniugium honestatum ex causa communis boni pacis, ad tollendum omnem ambiguitatem vtriusque iuris, Hoc est Pater sancte, in causa hac iudicium meum: cõsiliium autem non occurrit mihi melius, quam quod a Spiritu sancto proficisci non ambigimus, Diligite iustitiã, qui iudicatis terrã. Felix in seculo valeat beatitudo tua. Romæ die 13 Mart. 1530. *Tractatus Reuer. D. Thome de Vio, Caietani, Cardinalis Sancti Xysti Ordinis Prædicatorum, De coniugio Regis Angliæ finis.*

T R A C T A T V S Q V I N T V S.
Decimus Responsum ad quosdam articulos nomine Theologorum Parisiensium editos ad magistrum Ioannem studii Moguntini Regentem missas.



Missi ad me cõclusam in tuis literis schedulã scãdalosã apud Germanos, rogans vt scandalo puidere velim declarando veritatẽ: Præcib. itaq; tuis satisfacere cupiẽs, rñsionẽ mitto ad receptã a te schedulam 16. articulorum, quorum titulus est. Articuli aliquot pro erroneis a Theologis Parisiensibus ex libris Caietani excepti.

Titulus iste in primis falsus est, quoniam multi subscripti articuli non sunt in libris meis. Et deinde titulus iste, incertum manifestat authorem. Ex eo. n. quod dicitur a Theologis Parisiensibus. nõ explicat quod sunt isti Theologi. nam innumerabiles sunt Theologi Parisienses. & ad verificandum numerum pluralẽ sufficit duo. Quocirca multi suspiciant a nõ fallaci scriptum hunc titulum, ita quod ille qui titulum hunc apposuit, aliud dixerit & aliud intenderit dixit. nam a Theologis Parisiensibus intendit autem ut passim legentes & audientes fallant, intelligendo ab uniuersa Theologorum schola Parisiensi. Nec temere suspiciant, quoniam quicquid ille fuerit, imponit mihi multa quæ non scripsi, ipsa. n. impositio signum est mali animi, propea uos quidem estote cauti, ut non fallamini ex hoc titulo: illius uero

Aro quicquid fuerit ille, misereat omnipotens Deus, Ego autem tanquam ad libellum famosum respondebo.

Articulus itaque primus est, Licetum est viro uxore fornicante, ducere aliam. Secundus, est, Non est eadem libertas uxori, quæ uiro. Articuli isti non sunt mei. uenter enim inuenit asserit in libris meis, ut patet in com. super Mat. c. 19. ubi duntaxat disputauit de hac materia, & relig diffiniendã ab ecclesia.

Tertius articulus est, Epist. Pauli ad Heb. non est authentica. Iste articulus nõ est meus, in cõsentarijs enim super dictam Epistolam non negavi Epistolam esse authenticam, sed dixi quod dubio Hieronimũ authore eius Epistolæ existente, dubia quoque redditur Epistola, quam, nisi sit Pauli, non perspicuum est canonicã esse, ubi uides quod nego perspicuitatem authenticã, & nego ipsam authenticã, existente authore Epistolæ dubio. Aliud est enim Epistolam esse canonicã, & aliud est esse perspicuũ, quod est canonica: perspicuitas. n. spectat ad notitiam nostram, esse uero canonicã, spectat ad ipsam Epistolam secundum seipsam. si namque tolleretur dubium & fieret perspicuum, non propea Epistola fieret nouiter canonica, sed quæ erat secundum se canonica, manifestaretur canonica, certum est tamen quod durante dubio, non est tantæ authoritatis apud nos, ut sola sufficiat ad ea, quæ sunt fidei. Ego igitur locutus sum de nra notitia, nõ de ipsa Epistola (vt verba mea clarescunt) articulo uero loquũ de Epistola secũdũ se.

Cuartus articulus est, Posterior pars ult. ca. Marci, Nouissimẽ autem recumbentibus, non est authentica. Iste articulus nõ est meus, ut patet in Com. super Marcum. Sed ex uerbis Hieronymi, dixi quod illa scripta Marci quæ Hiero. hæt pro dubijs, nõ sunt solidæ authoritatis ad firmandam fidem sicut sunt reliqua Marci indubitata. Certum est enim quod ea quæ vertuntur in dubium, non sunt tantæ authoritatis, quantæ sunt indubitata, dubium enim ad nostram spectat notitiam, & non abscripta ipsa in se.

Aduertendum est autem circa hunc articulum præcedentem & similes, quod ego nulla Bibliæ partem reieci, nisi quas reuocit beatissimus Hieronymus, & nullã partem, aut particulam in dubium verti nisi illas de quibus dubitat Hieronymus, secutus sum Hieronymum, & ex illius uerbis deduxi cõsentanea fermone eius. Hieronymus. n. uniuersã Ecclesiã lumẽ est, ad discernendas partes & particulas sacre scripture ab iis, quæ non sunt partes, nec particula eius, & ad discernendũ in partes, seu particulas certas a dubijs. Cur itaq; accusor sequens beatissimũ Hieronymum: accusando siquidem in istis me, accusant Hieronymum, quod est principalis author huiusmodi dubiorum.

Equintus articulus est, cõfessio articularis nõ est instituta a Christo in quantum auricularis & secreta. Iste articulus non est meus, sed Ioã. 20. scripsi, quod Christus instituit confessionẽ uoluntariam peccati, sed modum cõfitendi, & similiter absoluendi, an ad aurẽ, an publice, Ecclesiæ vsui reliquit, iuxta tamen qualitatẽ peccati publici vel occulti. Quod nõ est dicere hanc negatiuã, Cõfessio articularis nõ est instituta a Christo, sed dicere, quod cõfessio instituta a Christo, nõ restringit ad hunc modum cõfitendi, quæ extẽditur et ad confessionẽ publicã: satisfacit enim præcepto Christi qui postquam publicè peccauit, publicè confitetur, publicè absoluitur, & publicè satisfacit.

Sextus articulus est, Non habetur uerus textus sacre Scripturæ in lingua Latina, nisi fiat trãslatio de uerbo ad uerbum ex lingua, ex qua sumitur, & fiat omnino talis qualis in sua origine est. Iste articulus nunquã fuit a me scriptus, ut testatur proœmium super

super Pfalteriū, in quo solo materiā hanc tractavi. F

Septimus articulus est, Melius est, quod orationes dicantur in lingua vulgari in Ecclesia, quam in lingua Latina. Ite articulus non integre recitatur, quoniam non scripti, quod est melius ad edificationem Ecclesie, neque scripti orationes, sed orationes publicas, quae audiente populo dicuntur, hoc autem super doctrinam Pauli fundamur ad Cor. 14.

Octavus articulus est, Pensiones super beneficiis curatis pecunia numerata redimi possunt. Iste articulus recitatur plus, quam ego scripsi, quoniam ego non scripsi de beneficiis curatis in specie, sed de beneficiis ecclesiasticis in genere, & fundamur dicta mea super doctrinam diui Tho. Et ea uera esse, testatur mos ecclesiae passim. nam quotidie fiunt huiusmodi redemptiones, et a uiris timoratis & consueuit quantitas pensionis redimi, soluendo pecuniā in proportione quantum placet. n. cōter huiusmodi praetium iustum.

Nonus articulus est, Nec ratione nec auctoritate probari potest, quod absolute loquendo, sacerdos peccet contrahendo matrimonium, quoniam potius & ratio ducit ad oppositionem. Iste articulus non est meus, quoniam ad illam particulam, probari potest, quoniam. Ut textus questionis manifestat scripti nec ratione nec auctoritate probant, quod sacerdos seclusus legibus iuris positui & uotis, peccet contrahendo matrimonium, &c. & articuli, rationem, contra quam oportet aduersantes rationibus, perdere, & non libello famoso.

Decimus articulus est, Summus Pontifex salua conscientia potest dispensare cum sacerdote Occidentali quod contrahat matrimonium, et cessante causa publice utilitatis. Iste articulus est meus, & alienus monstrat ad omni errore in illa quaestione, nulla enim iura ardeant causam ad dispensandi ad utilitatem publicam solum; occurrente enim alia causa rationabili, potest Papa uti sua potestate clare patet.

Vndecimus articulus est, Vtrum discordia orta inter coniuges huiusmodi sine spe remedii, sit rationabilis causa dispensandi, ut uterque cum alio contrahat, crediderim quod sic, coniugium consensu accedente. Iste articulus de coniugio non consummato meus est, & tam moderatus, ut irreprehensibilis omnino sit, tum quia nihil asserui, nisi credulitate, tum quia innitiui auctoritati sedis Apostolicae, quae huiusmodi causam habet pro rationabili, ut apostolica rescripta testantur.

Duodecimus articulus est, Asserit quod Christus descendens ad inferos predicauerat daemones & damnatis. Iste articulus non est meus, quoniam nunquam hoc asserui, sed in commentariis super primam epistolam Petri c. 3. manifeste dixi, Petrus non loquitur de predicacione qua Christus manifestauit apud inferos seipsum esse Messiam, & conuincit tam daemones, quam incredulos omnes: huiusmodi enim predicatio communis fuit omnibus apud inferos. Vbi clare patet, quod non de predi-

cacione absoluta, sed de predicacione huiusmodi, (hoc est confutante & conuincente daemones & incredulos omnes) locutus sum: isti autem imponunt mihi predicacionem sine aliqua additione.

Tertiodecimus articulus est, Epistola 2. Io. non tam eget expositione, quam correctione. Iste articulus non integre recitatur, nam in Commentariis super ipsam Epistolam scripti. Nec tam eget expositione, quam correctione, quoniam in multis differt a textu Graeco. Vbi clare patet, quod de correctione uerborum diffusionatiū a textu Graeco locutus sum. Et si hoc est error, quare Hier. tanto tempore laborauit ad corrigendum libros sacrae scripturae iuxta Hebraicam ueritatem quare Augustinus pro correctione librorum veteris Testamenti remittit lectores ad Hebraicum textum, & pro correctione librorum noui Testamenti ad textum Graecum?

Quartodecimus articulus est, Iacobus Alphei, frater Domini appellatur, quia filius fuit Ioseph ex alia uxore. Iste articulus non est meus, nunquam nesciui, nunquam asserui quod Ioseph habuerit aliam uxorem, quamuis opinio dicentium hoc non mihi displicuerit, quod propterea scripsi in commentariis super Epistolam ad Galat. c. 1. & forte nulla magis quadrare uideatur ratio, quam quod fuerit filius Ioseph ex alia uxore. nihil enim ut certum scripsi.

Quintodecimus articulus est, an Paulus uxorem habuerit, disputare, superfluum est: quoniam ex eius Epistolis nihil certi habet, licet ex aliquibus sensu ualde rationabili monstratur eum habuisse uxorem. Iste articulus non est meus. nam in commentariis super Epistolam ad Phil. c. 4. scripsi, disputare hic, an Paulus habuerit uxorem, superfluum duxi, cum ex aliis locis Epistolarum Pauli nihil certi habeam, & hic locus cogere uideatur non ratione demonstratiua, sed sensu ualde rationabili, quod Paulus habuerit uxorem. Ex hoc autem articulo, & multis aliis praecitatis, facile patere potest, quod articuli isti indigni sunt Theologis, indigni & rursione utpote uel impositi, uel alieni a materia erroris, nullus siquidem error incutitur, putando Paulum habuisse uxorem, uel non habuisse uxorem, nullus error est, putare Ioseph habuisse, uel non habuisse aliam uxorem, ante beatam Virginem, nullus error est Epistolam Ioannis esse correctam uel non correctam iuxta textum Graecum, nullus error est dubitare de illis, de quibus dubitat beatus Hieronymus, & id genus multa in articulis schedulae istius contenta. Pro consolatione itaque tua & Germanorum, honorandae magister, haec scripsi ut perpendas ridiculos fore apud eos, qui libros nostros legunt, & intelligunt. libellos hos famosos, pugnent rationibus & auctoritatibus Scripturae, non libellis famosis, non nominis supercilio, qui oppugnare nostra cupiunt. Bene vale Roma: 30. Decembris. 1534.

F I N I S.

VENETIIS, MDXCIII.

Apud Dominicum Nicolinum.